Exercitationes Anatomicæ,

IN

Varias Regiones Humani Corporis, Partium Structuram atque Usum ostendentes:

Regentium Medicorum, Chyrurgorum, necnon Pharmacopolarum Utilitati Divulgatæ.

A Roberto Boyfield, Medico.

LONDINI, Typis Anno Dom. MDCLXVI.



ARISSIMO DOCTISSIMO-
QUE VIRO
OBERTO GAWSELL
ARMIGERO,
&
Comitatu *Norff. Pacis Juſti-*
tiario,
ROBERTUS BAYFIELD
ariſſimus ſui Cognatus & hu-
illimus Servus, Sectionem
anc primam *de Exercitatio-*
nibus Anatomicis exhi-
bitam in grati animi te-
ſtimonium conſe-
cravit.



Lectori candido Salutem.

Inter omnia eruditionis ingenua ſpecimina, Candidiſsime Lector, laureolam medicina in hoc plane promeruit, quod cum aliqua ſcientiæ bene eſſe tantummodo ſpectant, hæc & ipſum eſſe corpori humani intuetur. Artes liberales conſulas, earumq; excellentiæ meram ab objectis accipias. quantò ſum à corpore, immò verbum à re ſa diminutam, tantò hanc illis omnibus ſublimiorem facilè judicabis. ec Theoria tantùm delectat quantum praxis proficit: Cunctis ergò edicina laboribus præferenda eſt natomia, eò quod mirificum divinæ potentiæ ſapientiæq; indicium in minis ſtructurâ exhibet, cui ei ſub-

lime dedit vultusq; erectos, & om
nia sic artificiosè contexuit corpor
lineamenta, ut quadratam suprem
numinis exprimat effigiem, & ma
jorem mundi machinam repræsente
unde à Philosophis μικρόκοσμος *audi*
quod omnia in se eminenter, qu
Μακρόκοσμος *in se formaliter contin*
at, omnis etiamq; praxeos basis si
ac fundamentum; Nullum eni
Medicamen præstabile est absq; i
diciis, quæ non solum à morbo, sed
parte etiam affectâ deducuntur, s
cundum cujus naturam, temperame
situm unionem, sensumq; diversum
singula applicantur & alterantur r
media. Adeò ut peritè medica
maléq, ἀνατέμνειν *sint penitus* ἀνάγκαιον
Admiranda hujus Fabricæ observ
tio Phylosophorum primis stupenda
creavit extasin, ejusq; contempla
Medicos omnis ævi eximios solenn
ori anatomiæ studio devovit. Ab a
tiquis Coronam Galenus arripu

docti

...ctissimi cujus dissectionum libri ...ndis sua aeternum spectant: ex...bent monumentum. Inter Neoteri... (qui in praeceptis artis hujusce ...gulandis, observationibus super...dendis, controversiisq; determi...ndis, ... planè Herculeum nava...nt) ad miraculum excelluere Co...mbus, Fallopius, Laurentius, ...esalius, & Piccolhomineus, *qui ...nes in hâc provinciâ dextrè nec...n indefesse laborârunt, judicii ...ofunditatem phraseos elegantia ... attemperantes, ut unusquisque ... Esculapii instar salutem à cœlo se...m attulisse videatur. Post quos ...nnes medicè loqui, nihil aliud est, ...am post* Homerum *Iliadas scribe... Hi corpus medicinæ animatum ef...rmarunt, nos eos sequentes, & eo...m volumina in Epitomen contra...ntes, Sceleton solum sumus exhi...turi. Ipse ego cum diu observâs...m, quantum tædii hâc in arte inci...*

pientibus

pientibus (quorum causâ horis su-
cisivis scripsi) creârit librorum
prolixitas, & quam intoxicat an-
mos opinionum diversitas compendi-
hæc physica æque ac Theologica nece-
saria judicavi, ut in ipso studiorum
limine, observationum idea præ-
sint. Et rerum rudimenta eorum
mentis Bibliotheca citiùs præsenta-
ret. Totum maximâ perspicuitate
ad Intellectus, brevitate, ad memo-
riæ adjumentum, composui. Tritâ
tutáque viâ cursum direxi, Novi
hujus seculi Methodistas cum inven-
tis suis, judicio suo stantes cadentes
vè relicturus. Figuras ut communes
& inutiles sensi omittendas, eò quo
(Celso referente) partium positio, ma-
nitudo, ordo, durities, mollities, lævi-
tas processus, recessus, insertio, recep-
tioq; iis accuratè distingui non possu-
Anatomicas hasce exercitationes in
tres divisi Sectiones, quarum prin-
tantum sub conspectu, reliqua s-

ma-

*anu sunt, quæ (si gustus hic im-
erfectior mentibus ingenuis dele-
ationem creet, vel Neophytos ad-
odum edoceat, adeò ut reliquum
tantes reddat) supremæ mediæque
gionis partes eadem methodo pro-
quentes, certò certiùs expectentur
illo, qui universam exoptat Sa-
tem.*

INDEX

INDEX
Capitum in hac Sectione Contentorum.

CAP. I. DE Diviſione Corporis humani in genere. pag. 1.
I. De Diviſione ventris inferioris. p. 3.
II. De Cuticula. p. 5.
III. De Cute. p. 7.
IV. De Membrana Adipoſa. p. 9.
V. De Membrana Carnoſa. p. 11.
VI. De Membrana communi Muſculorum. p. 12.
VII. De Muſculis ventris inferioris p. 14.
I. De Peritonæo. p. 21.
II. De Vaſis umbilicalibus. p. 24.
III. De Omento. p. 26.
IV. De Inteſtinis. p. 28.
V. De Meſenterio. p. 32.
VI. De Pancreate. p. 40.
VII. De Vena Porta. p. 43.
VIII. De Arteriis Abdominis. p. 47.
IX. De Ventriculo. p. 49.

XVIII. De Hepate. p.
XIX. De Vesica Biliaria p.
XX. De Trunco Vena cave descenden
p.
XXI. De Trunco Aorta descendent
p.
XXII. De Liene. p.
XXIII. De Renibus, p.
XXIV. De Ureteribus. p.
XXV. De Vesica urinaria. p.
XXVI. De Vasis semen preparantib
p.
XXVII. De Epididymidibus. p.
XXVIII. De Testibus. p.
XXIX. De Vasis semen deferentibus.
p.
XXX. De Prostatis. p.
XXXI. De Pene. p.

EXERCITATIONES ANATOMICÆ,

SEU

Sectio prima, de structurâ atque usu partium, ad ventrem inferiorem pertinentium.

CAPUT I.

De Divisione Corporis humani in genere.

Inter varias corporis Humani quæ circumferuntur divisiones, ista Galeni præcæteris præferenda est, quâ dividit corpus in caput, thoracem, ventrem & Artus, qui ramorum instar, è trunco corporis accrescunt. Patrem igitur istum anatomiæ nos præeuntem, liberrimè sequemur, corpus quâ ab eo divisum in tres

Regiones seu ventriculos exposit
Quod ad extremitates attinet,
tempore tractare non intendimus.

Suprema Regio à vertice incipit,
in Claviculas desinit. Secunda
Thorax, qui incipit à Claviculis &
finit ad Cartilaginem ensiformem
Tertia est venter, qui incipit à Car
lagine ensiformi, & in Os pubis ter
natur. In Suprema Regione continen
eur organa animalia, id est, Ce
brum, quod rationalis anima est
bitaculum, origo sensus & motus;
media partes vitales, & ad respirat
rem pertinentes; ut Cor, Pulmo
arteriæ; In infima organa omnia
turalia, concoctioni nutriminis, exp
gationi excrementorum, procreat
nique subministrantia.

Jam procedamus, & Anatomi
rum more ab infima Regione i
ciamus.

CAPUT II.

De Diviſione ventris inferioris.

VEnter inferior qui Græcè γαστὴρ dicitur, in duas partes, Anterio-
m & Poſteriorem, dividitur. Ante-
r in tres Regiones diſtinguitur:
perior Epigaſtrica, Media Umbili-
is, ultima Hypogaſtrica ſeu Abdo-
en nuncupatur.

Epigaſtrica Regio incipit à Cartila-
e enſiformi, & ad umbilicum intra
os digitos deſcendit. Partes habet
erales quæ Hypochondria dicuntur,
mediam in quâ ventriculus & hē-
continentur. In hypochondrio
xtro maxima pars hepatis locatur;
ſiniſtro ſien & pars major ventri-
li. Nonnulli partem ſuperiorem hu-
Regionis Scrobiculum Cordis, nun-
parunt.

Regio umbilicalis ab extremitate
ſtarum notharum incipit, & ad os
um tres digitos infra umbilicum ter-
natur. Tres etiam partes obtinet,

duas laterales quæ ab Aristotele λ
γώνες; à laxitate nominantur; à G
leno κενεώνες: In dextrâ Ren dexte
cùm jejuni intestini colique portion
& cæco omni; In sinistrâ Ren sinist
cum coli parte & jejuni, locatur. T
tia, seu pars media omne jejunum fe
continet.

Regio Hypogastrica incipit tres d
gitos infra umbilicum, & ad os pub
terminatur. In tres etiam partes, du
laterales & mediam, dividitur. Lat
rales quæ ad locum ubi Pili procub
rare solent, sese extendunt, ilia dicu
tur, quia ileon ibi partim continetur
vasa etiam seminaria in utroque sex
vesica & Rectum intestinum, int
quæ duo ultima viscera in mulierib
Sedes uteri Sita est. Media seu pa
Anterior Hypogastrium propriè vo
catur, atque nomen est totius; subt
hoc pubes est, cujus dextræ partes
sinistræ in femoris flexu ad pubem i
guina dicuntur, ubi peritonæi est pr
ductio.

Pars posterior Regionis tertiæ

fimæ, διάζωμα seu Cinctum vocatur, vel est Superior, quæ lumbos continuit; vel inferior quæ nates. Incipit à costâ infimâ, & in extremitatem ossis sacri desinit.

Præterea, venter inferior cum tribus suis Regionibus dividitur in partes continentes & contentas. Continentes sunt communes, & propriæ. Communes numerantur quinque Cuticula, Cutis, Membrana Adipola, Membrana Carnosa, & Membrana communis Musculorum. Propriæ sunt Musculi ventris, in numero decem, Peritonæum & Omentum. Contentæ vel ad concoctionem, expulsionem, aut generationem pertinent.

CAPUT III.

De Cuticula.

INter partes Alvum constituentes, prima occurrit Cuticula, Græcis ὑπόδερμις, quòd supra cutem nascitur; cujus instar cremoris est productio.

Pellicula hæc, est alba, tenuis, sine

poris, denſa, & rute compactior, in humoribus qui veniunt à centro circumferentiam, appunct., & cutim tranſeunt, ſed ibi ſunt deten

Senſûs eſt expers, omnino ſine ſ guine quia nec venam, arteriam nervum, recipit. Facilè deperdit tritu aut aqua ſervente, & citò re peratur, ubi cutis integra manet.

Cuticula generatur in miſtus à ſ guinis cum ſemine, à quo oritur por oleoſus, quaſi ſpuma ſanguinis interam cutis caliditatem, exp ſed condenſatus à frigiditate hu rum ſeroſorum in utero, extra ver frigiditate aeris, quæ magis cond ſat. Duplex obſervatur ab Aquap dente: una poris cutis inſeparabil affixa, altera (quæ eſt tenuior) ſe rabilis ſine ullâ offenſione.

Nulla actio tribuitur Cuticulæ, tantum uſus, ut poros ſuperveſtiat r s, qui aliter perpetuè lachrymare ut ora vaſorum communium defend ut tranſpirationem ſpiritûs & cali tatem naturalem quæ fiet diſſolu

prohibeat. Ut medium tactus sit, temperandum sensum cutis exqui-[illegible]m; eamque venustam, politam at-[illegible] æquabilem efficiat.

CAPUT IV.

De Cute.

Ecundum integumentum commu-[illegible]ne, est Cutis, quæ Græcè Δερμα di-[illegible]r. Generatur ex semine perfectè [illegible]guine mixto; ita tamen ut pars se-[illegible]aria habeat victoriam, ex qua cutis [illegible]rmatica judicatur.

Substantiam habet mediam (ab aliis [illegible]mbranis diversam) inter carnem & [illegible]vos: non adeò cruentam ut caro, [illegible]que expertem sanguinis ut nervus. [illegible]turaliter est alba, aliquando tamen [illegible]orata ab humore prædominante, [illegible]sus exquisiti, & facilè extensibilis; [illegible]q, immobilis (quia connexa est par-[illegible]us subjectis) cute frontis excepta.

Tenuis est in facie, lateribus, pene, [illegible]oto, & plantis pedum; sed in cer-[illegible]e, Dorso, & cruribus densior est.

Tenuissima est in labiis, volis man
um, & extremitatibus digitorum, q
bus immediatè adhæret ad apprehe
sionem firmiorem & exquisitiorem.

Perforata est in variis locis. sunt a
tem ejus foramina alia conspicua,
os, aures, nares, &c. alia inconspic
& insensibilia, ut pori, qui instar for
minum cribri concinni, innumerabi
sunt. Hisce partibus est via transpi
rationis, ut excrementa tertiæ concoc
onis effluant; unde à nonnullis Emu
ctorium universale nuncupatur; Et
pori conserventur aperti, natura u
cuique pilum assignavit.

Cutis vasa communia accipit pr
nutritione, vitâ & sensu. Venas hab
duas à jugularibus, duas ab inguinib
id est, ab Epigastrica & mammaria
duas ab axillaribus, & tot habet art
rias: Nervorum numerum definit
non habet, sed duo majores sunt ci
ca papillas. duo in volis manuum duo
que in radicibus unguium.

Revera Cutis quæ immediatum in
strumentum est tactus, communione
habe

bet cum partibus præcipuis per in-
meras venas, arterias, & nervos,
orum extremitates undique excipit.
Uſus ejus eſt, totum habitum cor-
ris veſtiendi, Sedem partium inter-
rum à frigore muniendi, excremen-
tertiæ concoctionis excipiendi, Sor-
es, fuligines, & ſudores expurgandi.

CAPUT V.
De Membrana Adipoſa.

TErtium integumentum commune eſt Membrana Adipoſa, quæ Græce πιμελὴ dicitur.

Corpus hoc ſimilare oritur à ſan-
guinis portione oleoſa necnon aerea,
yncera ac elaborata, roris inſtar ex
venis capillaribus in cute terminanti-
bus per virtutem caloris moderati, ex-
cillante; & membranarum frigiditate
nervorumque concrescente. Unde
pernoſcimus quod frigus vel calor len-
tior, eſt cauſa Adipis efficiens, qui
potius excrementum quàm pars, ha-
bendus eſt.

Adeps cum partibus præcipuis com
municare non poteſt, quia non ver
nutritur, ſed vitæ ſenſuſque eſt ex
pers, ideoque venis, arteriis, & ner
caret, licet hæc tria vaſa per adipe
diſtribuantur, ut ad cutim perveniant

Tres ſunt venæ per hujus ventr
pinguedinem diſſeminatæ. Prima
mammilari externa: Secunda ab ep
gaſtrica externa: Tertia à lumbar
bus. Glandulas habet copioſiſſim
quæ excrementa in ſe recipiant, cu
naturæ in habitum corporis, noc
ejicere poteſt.

Condenſata eſt exercitio vehemen
ti, & calore immoderato, qui portio
nem ejus tenuiorem, abſumit; & de
ſiorem relinquit. Cerebrum, Cil
Pénis, & ſcrotum, pinguedinem n
habent, nec infantes nuper nati.

Uſus Adipis eſt, humectare part
calidas & ſiccas, ut cor & renes, m
tum faciliorem reddere, Partes mu
nire, Calorem nativum fovere, Spi
vacua inter muſculos, vaſa, & cut
(ornamenti cauſa) implere; vaſis q

d cutim perveniunt lectum fore, ali-
entumque in inedia præbere.

CAPUT VI.

De Membrana Carnosa.

QUuartum integumentum commu-
ne est Membrana Carnosa, quæ
ὑμὴν σαρκώδης nuncupatur. Car-
osa dicitur, quia in quibusdam locis
ircа frontem, ambitum colli, & au-
es) abit in carnem musculosam.
Substantia hæc nervea generatur ex
emine, & sensum habet exquisitum,
a ut si ab acri humore vellicatur, ri-
onem & concussionem excitat, sicuti
febribus à bile. æqualis est magni-
dine cuti, & figurâ similis, cui per
enas, arterias, nervos, & fibras mem-
raneas connectitur. Intexitur etiam
nguedine, ita tamen ut membranæ
usculorum, per fibras tenuiores ad-
ereat. Parti anteriori colli, fronti,
musculo lato pennis affigitur, quod
b illis vix separari possit, ita ut in fa-
elicis nil nisi membrana relinquatur.

Car-

Carnosior est versus lumbos & do
sum cui firmissimè adhæret, & ideò
nonnullis inde oriri dicitur.

Usus ejus est, vasa cum disseminat
cursu suo dirigere & roborare; mu
culos internos defendere, vaporis ish
sanguinis oleosos & aereos qui serv
unt generationi adipis continere,
condensare, ne defluant: Pingue
nem præservare, ne à continuo musc
locum motu liquescat; & vulnerata
cutem consolidare, quæ sine carne a
crescere non potest.

CAPUT VII.

De Membrana communi Musculorum.

DEtracto Panniculo carnoso, pro
ximè sequitur communis muscu
lorum ventris membrana, quæ
commune corporis integumentum
quod (præter propriam cujusque mu
culi tunicam) omnes musculos com
plectitur.

Sita est inter panniculum carnos

musculos; nam supra & infra fibris
fixa est, quæ tenuitate & congrui-
te araneam præcunt. Maximè visi-
lis est si in Epigastrica Regione se-
rare incipias circa oram spuriarum,
sic à vertebris ad sternum.

Pertenuis nervosaque est ejus sub-
antia, pervalida tamen & ita firmè
musculis affixa, ut facilè (nisi à perito
ctore) develli non possit.

Coloris est albi, & à musculorum
ervosis fibris originem habet. Nu-
ricur, & sentit more aliarum partium
ommunium, & frigidæ & siccæ est
emperiei.

Usus est musculos vestire, & in
unione sua naturali continere, (nam
eos circumdat instar cinguli) ne in
motu dissiliant & dehiscant; muscu-
sensum communicare, & ab aliis sepa-
rare. Tantum de corporis communi-
bus integumentis. Proximè sequuntur
partes propriæ continentes: viz. decem
musculi, Peritonæum & omentum.

CA-

CAPUT VIII.

De Musculis ventris inferioris.

POst partes communes continentes proximè sequuntur decem musculi qui (secundum fibrarum suarum positionem) ventrem inferiorem contegunt: utrinque numerantur quinque duo obliqui descendentes seu obliqui externi, duo obliqui ascendentes vel interni, duo pyramidales, duo recti, & duo transversi: omnes pariter figurâ, magnitudine, actione, vique, æquati: Ita mutuò compositi, quod obliquus ab uno latere descendens, cum diverso conjungatur, & sic de reliquis.

Musculi omnes alteri in quiete sese sunt directi, sed in actione curvati. Hi ante actionem curvantur, & cum operantur, intùs flectunt, quâ cavitates inferiores facilè comprimunt.

Aliquando par unum, aliquando alterum elaborat: at cum omnia, tum æqualis est compressio, quæ cum diaphragmate

diragmate movente, expulſio excrementorum, validæ expirationes, ſpiritus exhibitiones, & fœtus expulſiones, ſequuntur. Præterea uſus muſculorum ventris eſt, dum quieſcunt, contegere & munire partes internas, & calorem internum fovere atque conſervare.

Quamvis Muſculi ventris diverſis partibus hæreant, à quibus dicuntur oriri, omnes tamen inſeruntur ad lineam candidam ventris, (ubi tendones muſculorum præcipuè obliquorum, ita conjuncti ſunt, ut unicum videantur conſtituere tendonem) & ad oſſa pubis. Linea alba inſervit connectere omnes muſculos ligamine communi ad uniendam dextram & ſiniſtram; nervoſa incipit à cartilagine enſiformi & ſic per umbilicum tranſiens (ſupra quem latior eſt ſecundum rectorem diſtantiam) ad commiſſuram pubis terminatur.

Præterea tendones muſculorum ad ventrem pertinentes perforati ſunt in inguine, ut detur tranſitus peritonæo, & duobus muſculis cremaſteribus, ad ſuſpen-

ſuſpenſionem teſticulorum comp
ratis.

Jam pergamus ad particularem m
culorum ventris deſcriptionem.

Primum par Muſculorum quod
diſſectione occurrit, eſt exterrum,
obliquè deſcendens (ita dictum à
bris, quæ à parte ſuperna ad inferna
obliquè deſcendunt) quorum ſubſta
tia eſt partim ſanguinea, partim ſp
matica, ſed portio carnoſa prædo
nat. Par hoc (quod illis infra conj
gitur, per interpoſitionem ſubſtan
viſcoſæ glutinis inſtar) maximum &
tiſſimum eſt, nam totum ventreni
lique tegit. Principia habet va
triangularia, ſeu pinnas, à ſextâ, ſep
mâ, octavâ, nonaque coſta, vel po
ex interlitiis coſtarum, ortas: è qui
ſingulis pinnis ſinguli nervi porrig
tur. Ab apicibus etiam tranſverſor
proceſſuum vertebrarum lumbor
exoritur. Muſculi hi duo obliqui è
ſcendentes in ſerratum majorem d
tatim, inſeruntur; Serrato etiam
ſtico inferiori, & coſtis tribus infi

nectuntur. Partes eorum carnoſæ
extremitate oſſis ilium membranex
nervex in oſſe pubis & in lineâ albâ
a medium Abdominis, terminan-
. In duobus locis ſunt perforati,
nò ad umbilicum. ſecundo ad in-
na, in viris, pro exitu ſeminalium;
mulieribus, duorum ligamentorum
ri rotundorum & nerveorum, quæ
ope nympham definit. Peculiaris
s eſt, cum oblique ſimul elaborant,
rtes ſupernas necnon laterales ven-
utrinque comprimere.

Secundum par Muſculorum eſt ob-
ue aſcendens, ſeu internum, quod
n fibris contrariis par prius inter-
at. Mediam Abdominis portionem
upat, & figuram habet triquetram.
noſum oritur ab appendice oſſis
; membranoſum vero à ſpinis oſſis
ri, & ſurſum aſcendens ilia tegit,
ue ad Cartilagines coſtarum qua-
r inferiorum veniat, & ſic ad par-
n anteriorem alvi adductum, in laro
veoque tendone definit; qui tendo
ra umbilicum duplex apparet, ut

Ana-

Anatomici recentiores obſervarunt, unâ parte ſupra muſculos rectos, alterâ parte infra: ut rectus quaſi in vagina repoſitus ſit, ſed prope lineam albam reunitur, eidemque inſeritur. In cartilagine etiam enſiformi, ad umbilicum & os pubis obvenit. Quatuor habet venas & arterias à muſcula, quæ à lumbaribus oriuntur, & per regionem abdominis necnon peritonæi diſſeminantur. nervos etiam accipit à vertebris lumbarium, qui ſecundum [illegible] inſeruntur. Horum peculiaris uſus eſt, cum obliquè ſimul elaborant, partes infimas necnon laterales ventris utrinque ad pubem comprimere.

Tertium par Rectorum eſt, ita dictum à fibris rectis, quæ ſecundum rectitudinem corporis decurrunt. Oritur ſecundum nervorum inſertionem ab utroque latere cartilaginis enſiformis à ſterno, cum lato & carnoſo principio, & ſic per longitudinem abdominis extenſum, tendine in os pubis deſinit, cui etiam inſeritur. Varias habet inter-

tersectiones nervosas, quarum una semper est directè subter umbilico, duæ & aliquando tres supra; omnes ad roborandas fibras carnosas constituuntur, quæ aliàs per longitudinem frangi possint, & ad rectos obliquis ascendentibus & descendentibus musculis, connectendos. In interna rectorum superficie decurrit Epigastrica ascendens & mammaria cum ramo venæ cavæ, qui subter claviculas transit. Hi rami utrique cum suis arteriis, circa medium musculi coeunt; ubi paulatim supra umbilicum per anastomoses conjunguntur. Quæ anastomosis consensum magnum inter uterum & mammas, abdomen et nares efficit. Quatuor habet nervos, qui ab intercostalibus fluunt, at ab infimis vertebris sterni procedunt, & sic peritonæum perforantes, se rectorum intersectionibus aut distinctionibus inserunt. Usus rectorum est, ut partem inferiorem pectoris deorsum trahant, quod superna meliùs extendatur, ut in expirationibus magnis violentibus accidit;

dit; ut comprimant ventrem ad de-
sum, expulsionemque excrementor
adjuvent.

Quartum par Pyramidalium est
dictum à figurâ. Carnosum oritur
externo osse pubis, cui etiam ne
porriguntur, & desinit in medio Lin
albæ, cum tendone rotundo et grac
qui modò usque ad umbilicum pro
citur. Pyramidalium sinister dex
sæpissimè brevior angustiorque app
ret; quorum longissimus, quatuor
gitorum latitudinem raro exced
Quanquam in nonnullis deficiant,
præsertim dexter, caro tamen supe
jecta supplet defectum. Usus Pyr
midalium est vesicam dum mingim
leniter comprimere ad uritæ excre
tionem, ideoque tendones suos int
rectos immittunt (à quibus per fibr
dispares, et membranam peculiare
distinguuntur) in eam peritonæi par
tem, quæ vesicam includit. In violen
tis excretionibus cum cæteris elabo
rant; unde Succenturiati nuncupan
tur.

Quin-

Quintum par tranſverſorum eſt ſic ctum à fibris tranſverſis, quæ ſecun- m latitudinem corporis excurrunt. eritonæo ubique (niſi ad pubem) con- maciter adhæret, et figuram habet adrangularem. Hi muſculi orti ab o-phyſibus tranſverſis vertebrarum mbarium et ab oſſibus ilii, ſub extre- itatibus cartilaginum coſtarum no- arum ſubercluduntur. (ubi dia- hragmati nectuntur, & fibras habent ontinuatas; adeo ut diaphragma pro acretione deorſum trahant) et ſub cto muſculo per latam aponeuroſim d lineam albam deſinunt. Horum pe- uliaris uſus eſt partes medias et la- erales ventris, et colon præſertim comprimere.

CAPUT IX.

De Peritonæo.

POſt omnes Muſculos Abdominis, proximè ſequitur Peritonæum, quod tenuis eſt membrana aranææ inſtar, omnibus inferioris ventris partibus,

bus, circumtensa. Superficies ejus e
terna fibrosa est, et nonnihil aspe
ut firmius musculis adhæreat: inter
glabra et sicut humore unctuoso obl
ta, ne lenitatem intestinorum affe
dat.

Inter omnes corporis membran
hæc est amplissima, (nam totum ve
trem inferiorem succingit) & figura
habet ovalem. In viris crassior est
umbilico ad cartilaginem ensiformem
non solum ut ventriculus se melius e
tendat, sed ut partium caliditate
præservet, concoctionemque promo
veat: In mulieribus verò crassior
umbilico ad pubem, ut in conceptio
juxta molem & uteri amplitudine
dilitari possit.

Spermitica hæc substantia produci
mesenterium; & omnibus ventris par-
tibus, scilicet ventriculo, Hepati, Re-
nibus, Intestinis, utero, &c. membra-
nam contribuit. Pars ejus superior
diaphragmati arctissimè adnectitur
(unde eo inflammato hypochondria
sursum convelluntur) inferior ossi pu-
bis

is & ilii, anterior lineæ albæ & transversorum musculorum tendinibus.

Externa etiam Peritonæi membrana lumborum vertebris firmè adhæret (ubi crassior est & nisi fracta separari non potest) ex quarum ligamentis, vel potius periosteo, originem accipit: interna nullum habet cum vertebris nexum. Revera ubique est duplex, quia ex membranis duabus constitit; quarum interna, brevior est externa, quia non comitatur externam usque ad testes, sed in Abdominis cavitatibus definit. Tanta est tunicarum ab umbilico ad pubem distantia, ut inter se vesicam comprehendant. Duplicatura ejus etiam omentum, mesenterium, & ligamentum hepatis vestit.

Supra, tria habet foramina, unum ad dextram pro transitu venæ cavæ, alterum ad sinistram, ut per eum œsophagus stomacho sit unitus: Tertium pro transitu aortæ, venæ sine pari & nervorum sexti. Infra, circa anum, cervicem vesicæ & uteri, vasaque, ad crura descendentia, perforatur; anterius in

fœtu

fœtu, ubi umbilicus est, sed postea c
cluditur. Productiones etiam sunt d
ob vasa spermatica descendentia
testes, qu[a]e externa peritonæi me
brana obvolvit, & propriam tunic
constituit erythroidem.

Venas & arterias à vasis diaphr
maticis, mammariis & epigastricis,
quando à seminalibus, accipit. Ram
nervorum habet aliquos, sed parvu
ex iis musculorum ventris, à quib
sensus peritonæo communicatur.

Usus est, ad excretionem promove
dam, ventriculum & intestina in pa
anteriora (prout supra à diaphragmat
comprimendo; ad partes ventris i
mi vestiendas; ad vasa cursu suo rob
randa; (gracilia enim inter membr
nas hujus periconæi duplicatas, sunt c
flodita) & ad omnes partes in sede
naturali, ne diffiliant, continendas.

CAPUT X.

De vasis Umbilicalibus.

VAsa Umbilicalia sic dicta q
umbilicum pertranseunt,
quatuor

[illegible]tuor: Vena una, Arteriæ geminæ, [illegible] urachus interjectus.

Vena umbilicalis (nutricula embry[illegible]nis dicta, quia fœtus eâ totis mensi[illegible]us enutritur) est omnium prima, immò [illegible]nnibus corporis partibus, quoad car[illegible]osam suam substantiam perfectionis [illegible]dimentum: Et ante ulla viscera cum [illegible]rteriis umbicalibus ex semine imme[illegible]iatè conformatur. Hæc vena (cujus [illegible]odi sanguinis morationi inserviunt, ut [illegible]xquisitiorem pro nutritione fœtus [illegible]laborationem recipiat) à radicibus [illegible]ortæ originem habet in concavâ he[illegible]atis, cujus fissuram penetrans, inter [illegible]as peritonæi tunicas ad umbilicum [illegible]rogreditur.

Arteriæ geminæ ex iliacis prode[illegible]nt, vel potius illic inseruntur, & vesi[illegible]æ latera perreptantes, cum vena, ut [illegible]pra, feruntur. ὀμφαλὸς verò sive um[illegible]ilicus (cujus summitas ἀκρομφάλιον pars [illegible]uperna ἐπομφάλιον, inferna ὑπομφάλιον, [illegible]utis circumiens γραῖα à rugis fortasse, quasi aniculam dicas) ab Aristotile [illegible] ζα γαστρὸς vocatur, quia vasis præ-

 dictis,

dictis, tanquam è fibris radicis, fœtus nutrimentum à placentâ (tanquam ex terra) attrahit. Umbilicales arteriæ quibus fœtus transpirat, sanguinem vitalem ad aortam deferunt, è quâ ad cor vitæ caloriſq; fœtus nativi præſervandi cauſâ affluit.

Quartum vas (urachus dictum) à veſicæ fundo provenit, & inter geminas peritonæi tunicas ad umbilicum adit. Canalis eſt urinæ ad Amnion abducti oni ordinata. Varolius totam in veſicâ urinam uſq; ad partum affirmat, unde infantes primò die tantopere minguæ.

Quatuor hæc vaſa in umbilico occurrentia, poſt partum in Ligamenta degenerant, ad hepar & veſicam (ne moveantur) firmiter retinendum.

CAPUT XI.

De Omento.

POſt Peritonæum ſequitur Omentum quaſi operimentum, Græcè ἐπίπλοον à ſupernatando dictum, quod inteſtinis veluti innatat. Conſtituitur duabus membranis (quarum una ſuperior, alia

aliam incumbit) quas accipit à Peritonæo. Subtiles & leves ſunt, ne ponderè gravent. Anterior exteriori membranæ ventriculi ad fundum, Cavæque lienis parti, alligatur. Poſterior colo inteſtino necnon duadeno adhæret: Hepati etiam veſicæque biliariæ cum fibris membraneis adnectitur.

Spermatica hæc ſubſtantia ob venarum multitudinem multum adipis habet, inter quem, glandulæ ſunt parvæ ſed plurimæ, quæ humidum fæculentum exugunt, itaque omentum Mappa ventris appellatur. Figura eſt Marſupii, quia gemina ubique & adeo diſjuncta, præſertim in ea parte omenti quæ ſupra inteſtina expanditur, ut manus introduci queat.

Infra umbilicum ſe extendit, rarò ad os pubis, & tunc in mulieribus pinguioribus ſterilitatem frequenter parit, os uteri comprimendo. Venas ſolum accipit à vena porta; Arterias à cæliaco & meſenterico ramo, exiguoſque nervos à ramulo ſexti, ut non ſit omnino hæc ſenſu.

Uſus eſt, ut Suſtineat ramos venæ portæ, cœliacæque arteriæ, qui in ventriculum, lienem, duodenum inteſtinum & colon, tranſeunt, ut ſordes lienis accipiat, ſicut enim in Hydropicis plenum eſt aquis, ſic in melancholia hypochondriaca lieniſque paſſionibus, ſanguinis ſeroſi necnon fæculenti receptaculum eſt; ut ventriculum, colon & duodenum Dorſo connectat, hepar lienemq; ſimul copulet, ut vapores iſtos intra alvum (ſicut in Reticule) volantes contineat; eoſque in adipem convertat; quæ ad fundum ventriculi fovendum, pariterque ad inteſtina humectanda, Caloremque eorum naturalem alendum, inſerviat.

CAPUT XII.

De Inteſtinis.

ORdine ſectionis ſequuntur inteſtina, quæ ſunt corpora oblonga, rotunda, concava, variéque circumgyrata ne alimentum, ante abſolutam chyli diſtributionem, ſtatim elabatur. Græce Ἔντερα dicuntur, quia in intimis cor-

corporis parte sunt collocata. Connectuntur per Mesenterium, quo & omenti interpositione dorso rembusq; colligantur, & sic per ossis illiu cavitates sustinentur.

Consistunt ex tribus tunicis. Exterior seu tunica communis immediatè est ex membranis mesenterii, quamvis mediatè à Peritonæo. Media est valida & fibris carnosis plena, ad calorem, quo juvatur concoctio, meliùs adaugendum. Interior nervosa ac rugosa est, pariterque membranea crustâ instrata, ne mesaraicarum [lactearum] ora, quæ exsugunt partem. chyli tenuiorem in star hirundinum, obstruantur. Muco etiam pituitoso est oblita, ac veluti loricata, ne contactu bilis transeuntis tunica lædatur.

Membrana interior fibras habet obliquas ad retinendum, media transversas ad expellendum, exterior rectas ad contrahendum; & hæ (quæ ad transversas roborandum dantur) pauciores sunt in tenuibus, in Crassis plures, præsertim in recto. Fibris eorum transver-

versus quicquid continetur expellit. Et motus hic peristalticus dicitur, qu sensim per partes intestina superne d orsum contrahuntur.

Præterquam hæc media & interi tunica quæ propriæ nuncupantur, de siores sunt (præsertim in colo & Rect Primum, ad facultatem expulsiv juvandam. Secundùm, ad intestina i morbis aliquibus e. g. in dysenteri præservanda. Utræque tamen tuni ventriculi sunt molliores & tenuiore quia ibi dura & inconcocta, hic pe rumque instar pappæ mollia, recipie da sunt.

Intestina (Pyloro conjuncta & us ad anum continuata) pinguedine e trinsecus obducuntur, quæ calorem n tivum foctillat ac præservat. Quod longitudinem verò, seriès corpus ex cedunt in quo continentur. Venas h bent à porta: arterias à cœliaca, ner vosque à sexto pari.

Quanquam intestina sint continua & sine divisione; respectu tamen mem branarum variationem recipiunt. Ali qui

quæ enim ſunt tenuia, quia tenues membranas habent. Et hæc ſunt tria; Duodenum, Jejunum & Ilion; quæ chylum perficiunt ac diſtribuunt. Aliquæ ſunt magna & craſſa, quia craſſas habent tunicas, & partem ſuci craſſiorem abſolvunt, pariterq; hæc ſunt tria; Cæcum, Colon, & Rectum Nunc de his omnibus ordine loquemur.

Primum tenue inteſtinum Duodenum dicitur, à Galeno ἐφυσις, quaſi productio, ſcilicet ventriculi; ab Herophilo δωδεκαδάκτυλον, quod olim duodecim digitorum tranſverſorum longitudinem æquabat. Hodie verò in noſtris corpuſculis ultra quatuor ſe raro extendit. Incipit in dextro latere à Pyloro ſubter ventriculum, & ad circumvolutiones rectà deſcendit. Craſſius eſt reliquis tenuibus; ſed anguſtiori cavitate, ne Chyli tranſitus nimium feſtinet. Venam accipit brevem à trunco venæ portæ, quam inteſtinalem vocamus, arteriam à dextro exiliæ ramo, & utrasq; lineâ rectâ ſecundum inteſtini longitudi-

nem ad jejuni principium, deferatur. Nullam habet meseraicam, sed fine infimo à vesica biliaria porum admittit, qui intestinum penetrans, inter duas membranas deorsum usq; ad ileon repit, ubi membranam interiorem perforans, excrementa humore bilioso, inficit, & expulsionem adjuvat: si verò bilis per meatum cholidocum fluens, exitu prohibita sit, resultat in ventriculum & vomitum efficit. Septa pancreas situm est ut intestinum humore lento humectet.

Secundum vocatur jejunum dicitur, quia in sectionibus sine Chylo reperitur. Vacuitatis causa triplex est, prima, velocitas hepatis Chylum exigentis. Secunda, Magnitudo copiaque meseraicarum [lacteorum] venarum. Tertia, liquiditas chyli transeuntis. Carum est ubi guri primùm observantur in dextro latere sub colo, & supra umbilicum; in qua regione totum jacet jejunum. Coli situs est lividi, præsertim circa ejus principium, & duodecim palmos longitudine,

tudine, latitudine verò, digitulum (nisi inflatum) non, excedit. Terminatur in ileo, & in ortu suo porum habet Choledochum.

Tertium dicitur ileon ἀπὸ τῆ ἐιλεῖσθαι, à circumvolvendo, quod plurimas habet circumvolutiones, ad moram chyli utiliorem. Oritur à jejuno ubi vena meseraica ex pauciores sunt, & sub renem dextrum tractiens, sursum ascendit versus latus sinistrum, & circumagens, in cæco desinit. Situm est subter umbilicum ad ilia & os sacrum utrinque: Et quanquam jejuno sit continuatum & similis substantiæ, tamen Chylo non sic indiget, nec venis meseraicis ita abundat. Intestinum hoc, in quo excrementa fiunt, viginti duo palmos longitudine propemodum, at unum tantummodo digitum latitudine, æquat. Ileon Sedes est iliacæ passionis (quæ excrementorum vomitum infert) & frequenter delabitur in scrotum, quod Herniam intestinalem producit.

Quartum, intestinum Orbi-

& crassorum primum, dicitur Cæcum, propter usum, obscurum, quem habet in adultis, & quia uno tantùm orificio reperitur. Hoc perpusillum in hominibus, & ad finem ilei, cui initium, processus instar vermiformis, acuta fine, propendet. Adnectitur reni dextro, peritonæo mediante, sed à mesenterio liberum. Quatuor pollices longitudine, at unum latitudine æquat. Usus appendiculæ hujus membranæ est, dum fœtus in utero manet, ad recipienda ista excrementa liquida quæ pluribus mensibus collectantur, igiturq; ab intestinorum numero excludenda non est. Sed postea cùm infans adolescit usus appendiculæ cessat, quoniam excrementa quantitate decrescentia, in cæcum non sunt adacta, adeo ut latitudine contracta sit & reliquis intestinis angustior.

Quintum intestinum ordine, & crassorum secundum dicitur colon, ἀπὸ τῦ κωλύειν, a torquendo, quòd in eo Sedes est colicæ passionis; vel à κωλύειν retardo, quia transeuntes

temoratur ſæces. Principium hujus inteſtini, ab Antiquis Cæcum dicti, rotundum eſt inſtar Globi, peramplum & ullâ inteſtini parte capacius. Oritur circa os ilium dextrum, & reni ejuſdem lateris adhæret, inde ſub hepate ſurſum reflectens, interveniente omento, ventriculi fundo, lieni, reniq; ſiniſtro valdè, connectitur, unde facto flexu, in recti principio deſinit. Inteſtinum hoc ſupra tenuia tranſiens figurâ literæ Romanæ S non diſſimile plurimas habet Cellulas (ad meliorem fæcum elaborationem) & ſubſtantiâ cæteris carnoſius eſt. In ejus tranſitu ſub cavitate hepatis veſicam biliariam attingit, cui cum fibris membraneis nonnunquam nectitur, & per quam luteo colore, expulſionis cauſa, inficitur, quæ à bilis tranſudantis parte tenuiori procedit. Ad cpli initium reperitur valvula craſſa membranoſa inſtar circuli, quæ refluxum ſordium & chyſteris aſcenſum in ileum impedit. Valvula hæc ſurſum ſpectat, quia

excrementa ex ileo in colon ascensu, non descensu, abducuntur. Vinculum habet proprium, quo cellularum ordo continetur. Et quia humore rorali pinguedinis mesenterii destituitur, natura fimbrias adiposas ad humectationem istius intestini sparsim circumjecit. Singulari etiam fruitur ligamento, quo superis, inferisq. partibus conjungitur. Colon palmas octo vel novem longitudine frequentius excipit, & latissimum necnon amplissimum est omnium, ita ut per magnitudinem ejus flatûs receptaculum sint, quibus & genitus & per aerem ab intra receptus est.

Ultimum intestinum ab extensionis modo Rectum vocatur. Unum palmum cum dimidio longum est, latum tres digitos, corpulentum, crassum ac carnosum, ut validius foret ad excretionem facum, quæ in extremitate coli Recti q. intestini obdurari soleant. Principium ejus est in summo ossis sacri, inde deorsum tractus ad extremitatem coccygis, cui proximus inter-

interpositione, subter vesicam in viris, in mulieribus sub utero, finè connectitur. Unde harum partium in utroque sexu consensus.

Ad recti finem musculus figitur orbicularis, Sphincter dictus, vel ani constrictor, ab infimis ossis sacri partibus ortus, ano, carneis transversisque fibris late circumfusus, ne excrementa involuntarie delabantur, quæ valide continere, recti proprium est, donec irritatâ facultate expellenda sint. Præterquam duo alii sunt musculi, latiae membranosi, qui ad extremum hujus intestini utroque latere descendunt, ab ossium pubis sacriquæ ligamentis exorti, qui supra sphincterem inserti, anum sursum retrahunt post excretionem (unde Levatores nominantur) & penis radicem, cui, in viro, in fœmina verò vaginæ uteri, sese conjungunt.

Rectum duplices habet venas. Interna frequentius oritur à mesenterica sinistra, quæ ramo splenico interdum conjungitur, undei. hæmorrhoi-

des

des internæ. Altera ab Hypogastrica ramo cavæ: Hinc externæ. Arteriæ etiam comitantes venas sunt duplices prima, à mesenterica inferiore secunda, ab Hypogastrica. His quatuor nervuli, ab extremo spinalis medullæ derivati, sese conjungunt.

Usus omnium intestinorum est, Chylum recipere, concoquere, destribuere, eumq; retinere, ne continua fiat ingestio & egestio, etiamq; excrementa tertiæ concoctionis exportare.

CAPUT XIII.

De Mesenterio.

SUb intestinis est mesenterium, quod substantia est partim, adiposa partim spermatica. Μεσέντερον dicitur quoniam ἐν μέσῳ τῶν ἐντέρων locatur. Duplici constat membranâ densa et robusta, ad primam & tertiam lumborum vertebram à peritonæi tunica interiori, exorta. Figura ferè circularis est, & innumeras habet venas fibrarum instar ad arboris radicem; quæ adolescentes in portam tandem illabuntur.

Qu

Quo ad venas lacteas quæ per meſenterium diſſeminantur, & in aliquem truncum communem reliquarum more non coeunt, videntur potius radicem & fundamentum habere in pancreate; & hinc & illinc diſpergi. Vaſcula hæc vehunt Chylum ad hepar, & venæ meſeraicæ revehunt ſanguinem ad inteſtina nutrienda. Arteriæ etiam infinitæ à cœliaca propagatæ has venas comitantur, quæ per motum continuum inteſtina vitali ſpiritu reficiunt atq; à corruptione conſervant. His nervi plures ſeſe jungunt, ab internorum plexu paris ſexti, (qui membranæ inſtar ſe expandentes, arteriarum ramos caloris cauſa inveſtiunt) lumborumq; medullâ. Hi nervi cum venis & arteriis in centrum meſenterii receptis, per ejus membranas ad inteſtina diſperguntur.

Multis effarcitur glandulis, quarum major eſt in Centro, ubi vaſa ſunt collecta atq; diſtributio facta, ob firmitudinem & diviſionem atq; ad compreſſionem illorum impedi-

endam,

endam, quæ aliter diſtributionem Chyli ac ſanguinis retardare poſſit: & ſic atrophiam univerſalem efficit, ut quum Scirrhum patiuntur. Inter glandulas copia eſt adipis ad ſpacia implenda, & calorem naturalem fovendum.

Glanduloſa hæc ſubſtantia, matrix medicorum dicta, dividitur in μεσαραιον, quod eſt ea portio meſenterii quæ tenuia inteſtina in medio ventris colligat: & μεσοκολον, quod colon in dextro & ſiniſtro latere connectit. Adnectitur etiam Recto, quod Appendicula meſenterii nuncupatur.

Uſus ejus eſt, ut ſit vinculum commune ad inteſtina lumborum vertebris annectanda; & ut roboret vaſa quæ membranas meſenterii percurrunt.

CAPUT XIV.

De Pancreate.

PAncreas eſt corpus laxum ac glandulоſum, ad attenuandum purgandumq; Chylum, eumq; jecori liequi pre-

præparandum, antequam in ſanguinem convertatur, utiliſſimum.

Nectitur primæ lumborum vertebræ per membranam omenti. Inteſtino duodeno arctè adhæret, tanquam ex eo magnam chyli portionem eliciat; ſed adhæſio ejus lieni non ita firma eſt. Connectitur etiam cum membranis tenuibus lobo jecoris ſuperiori ventriculi, ſubeer quem mollis inſtar pulvinaris ſubjacet.

Chylum ſuſceptum hepati ſubminiſtrat, non per venas ullas à porta deſcendentes aut arterias, ſed per venas lacteas, ſic dictas à colore earum albicante, qui in ſectione animantium tantummodo videndus eſt. Sunt longæ & vaſcula rotunda, ex membrana tenui prodeuta, à pancreate ſurſum ad jecur, circa locum ubi truncus venæ portæ deſcendit; deorſum verò ad inteſtina, minutiſſimis propaginibus diverſa.

Lactearum diſtributio (cujus origo haud aliunde quam à pancreate rectiùs deducitur) eſt diverſa: e. g.

alia

aliæ ad Meſenterium progrediuntur, aliæ ad hepar, aliæq; ad truncum venæ derivantur. Hæ parvulas habent valvulas quæ chyli ſuſcepti ad inteſtina regreſſum impediunt.

Singularis etiam in pancreate cauſis obſervanda eſt, nuperrimè inventa, quæ longitudinem tranſiens, jejuno ſe meatûs cholidoci foramen inſerit. Oculo magis intento ſpeciem veræ repræſentat, & ad excrementa pancreatis, vel lienis potiùs illuc deferendepurganda inſervit; quâ igitur obſtructâ pancreas tumeſcit.

Spongioſa hæc ſubſtantia glandulis eſt plena, ut omnes ſanguinis crudas portiones excipiat quas omentum & meſenterium continere non poſſent; & quia officium lienis agit, ſanguinem tingens eumq; pro hepate depurans, lienis vicarius nuncupatur. Tota quaſi pinguedo in obeſis videtur. In gracilibus rubicundâ carnicq; ſimillima, ſed ad intra candida chyloq; plena, ut in ſectione animantis appareat; & ſi naturalem

con-

conformationem ſervet, quatuor digitis latitudine adæquat. Interdum tamen ita turgida eſt ut comprimat duodenum & ibi liberum chyli deſcenſum impediat, ita ut vomitum efficiat. Aliquando etiam patitur ſcirrhum, qui vaſa comprimendo conſumptionem producit. Revera (cum meſenterio) plurium morborum Hoſpitium exiſtit. Sedes febrium intermittentium hypochondriacæq; melancholiæ, & quaſi Sentina in quam omnes mali humores deferuntur.

Uſus ejus eſt, ramos venæ portæ, & arteriæ cœliacæ, nervorumq; diviſiones à compreſſione fulcire ac munire: præſertim ramum ſplenicum, qui lienem ingreditur. Ventriculi etiam concoctionem juvare per vapores humidos, ut in balneo Mariæ.

CAPUT XV.

De Vena Porta.

VEna Porta oritur ex cava jecoris parte inter duas eminentias exiguas, ne à vertebris comprimatur. Hæc vena

vena post cavam est maxima, figurâ calami instar, rotunda ac fistulosa, & ex tunica propria, unaq; communi à peritonæo componitur.

Literati hanc venam arbori assimilantes meseraicas cæ erasq; infimi ventris radices, & truncum in jecore constituunt: ita ut radices per hepatis substantiam (sicuti à principio distributionis & radicationis) dispergantur.

Truncus indivisus emittit venulas duas à parte anteriori ad vesicam bilariam, quæ cysticæ gemellæ dicuntur; aliam verò venam ad ventriculum, ideoque gastrica dextra nuncupatur. Quo ad ramos, Superiores per cavam hepatis partem dileminantur. Inferiores oriuntur ad latus dextrum & sinistrum.

A latere dextro tres rami seu venæ procedunt. Prima, Gastroepiploica dextra, quæ ad fundum ventriculi & membranam omenti superiorem pertingit. Secunda, intestinalis, quæ ad medium duodeni jejunique initium transfertur. Tertia, mesenterica, quæ

in tres venas subdivisa est: quarum duæ dextræ meſentericæ dicuntur, & in jejunum, ileon colique portionem abeunt. Altera meſenterica ſiniſtra, quæ cum ramis plurimis in mediam meſenterii partem diſpergitur & in iſtam coli regionem, quæ à dextro latere ventriculi ad rectum pertingit. Ex hac vena hæmorrhoidalis interna procedit, quæ quamquam unica ſit, plurimos habet ramos circa anum diſperſos.

Ex latere ſiniſtro Ramus ſplenicus oritur, & ab eo plurimæ propagines, alia ante, aliæ poſt ejus diviſionem:

Ante diviſionem venæ provenientes ſunt, primo Gaſtrica minor & ſiniſtra, quæ partem ventriculi poſteriorem aggreditur. Secundo Gaſtrica major, quæ ſubter ventriculum adorificium ejus ſuperius cum tribus reliquis ramis; quorum medius Coronarius ſtomachicus dicitur, quia os ventriculi circundat. Tertii reliqui, epiploica dextra, quæ ad latus dextrum membranæ inferioris omenti, & ad colon cui nec-

nectitur, attinet, quarto Epiploica postica, quæ cum duplici ramo in tunicam omenti inferiorem ubi colon finem est, transit, quinto & ultimo Pancreæ sequuntur venæ, quæ (tanquam capilli minores) pancreas ineunt.

Post divisionem ex ramo superiori oritur vena insignis, vas breve communiter dicta, quæ fundum ventriculi sinistro in latere penetrans, inter tunicas repit versus orificium, ubi succum melancholicum ad appetitum excitandum, ingurgitat. Noenalli conjunctionem inter vas breve & phrenicam observârunt, quæ ramus est cavæ, ita ut hoc modo sanguis in lienosis per nares expurgari posit. A Ramo inferiori duæ venæ procedunt, prima Epiploica sinistra, quæ ad latus inferioris membranæ omenti sinistrum, transit. Secunda Gastroepiploica sinistra, quæ cum rectali jungit, & ventriculi fundum obit.

Usus est partes à Cava intactas nutrire, & sanguinem ab hepate ad intestina deferre.

CAPUT

CAPUT XVI.

De Arteriis Abdominis.

AOrta à Ventriculo cordis ſiniſtro originem accipiens partitur in truncum minorem cujus ſedes ſuperior,& majorem cujus inferior exiſtit; ac ad extremitates deſcendit. Aliquibus ejus ramulis vena porta, aliis cava attenditur. Qui comitantur ramos venæ portæ, ſunt tres: Cœliaca arteria, meſenterica ſuperior & inferior.

Cœliaca (ſic dicta quod plurimos ramos ad ventriculum mittat) oritur à parte anteriori aortæ ad ſpinam dorſi, & dividitur in ramum dextrum graciliorem; atque ſiniſtrum ampliorem, uterq; quaſi ab unico radice oriuntur, & ſub ventriculi regione poſtica venæ portæ in pancreate annectuntur.

Dexter ad Hepatis cavum aſcendit, & nonnihil progreſſus, ab altiori parte mittit Gaſtricam dextram, & Cyſticas gemellas; Ab inferiori epiploicam & Gaſtroepiploicam dextram, etiamq;

etiamq; intestinalem, ad imitationem venæ portæ, in quot enim ramos porta, in tot etiam arteria cæliaca, dividitur: quæ tamen pulsum habet à corde, & motum ipsius aliarum arteriarum more sequitur.

Sinister vel arteria splenica, per pancreas ad lienem transit. Dextro major est, nè facilè obstruatur; vitales enim spiritus ad lienem defert, etiamq; fæculentam sanguinis partem aortâ contentam in eum exgurgitat. Arteria hæc, venæ splenicæ (in capite præcedenti descriptæ) perpetuè conjungitur, & todidem sortitur ramis, in eodem modo positionis, ejusdemq; appellationis, brevitatis igitur causâ non repetemus.

Mesenterica superior in supernam mesenterii partem distribuitur, & arterias meseraicas in jejuno, ileo, colique portione conficit.

Mesenterica inferior sub latus infimum mesenterii excurrit, & præsertim in latus coli sinistrum etiamque in Rectum dispergitur, & cum venis

ad

ad arum descendens arterias hæmorrhoidales constituit. Utraq; ab anteriori latere aortæ procedunt, superior infra cœliacam, inferior infra spermaticam.

Usus earum est, partibus calorem communicare, & motu suo vitilique spiritu mesenterium cum intestinis, à corruptione conservare.

CAPUT XVII.

De Ventriculo.

VEntriculus Græcè γαστὴρ, dictus, pars infimi ventris organica est, quæ cibum assumptum, de tisimque molitione præparatum, in succum albicanti cremori similem convertit, quem chylum prisci nuncuparunt. Duplici constat membranâ, quæ extenditur cum cibus recipitur, contrahitur autem cum digeritur.

Exterior seu membrana communis quæ oritur à peritonæo, levis est, plana ac albicans, & ita firmè adhæret ut ex separari possit.

Media quæ originem accipit à pe-

ricranio, carnosior est, ut caloris plusculum possideat: Plures fibras habet transversas (& aliquot obliquas) quæ contractæ, quicquid in cavitate ventriculi continetur, per singultum expellunt. Fibras etiam circulares accipit circa orificium superius ad eum claudendum, quâ vaporum ascensus in cerebrum impeditur, & concoctio acceleratur.

Interior tunica in quam vasa terminantur, nervosa est, & originem accipit ex membranis cerebri, quæ nervos descendentes a tertia quartaq; conjugatione ad os ejus comitantur; tunicæ œsophagi, & particularum omnium in ore continuata est, (ut nihil ventriculo ingratum recipiatur) quod á flavedine linguæ & oris amaritudinis apparet cum ventriculus bile abundat. Triplices habet fibras: rectas obliquas & transversas; quæ attractioni, retentioni, & expulsioni inserviunt. Rugosa est hæc tunica, ut melius dilatari possit, Rugas verò habet ob curstam carnosam ac mucilaginosam sibi adhærentem

hærentem, ut melius ab indigestis durioribus defendatur.

Ventriculus inter lienem, cavitatem hepatis, atq; in intestina sedem obtinet, ut vicinarum partium calore adjutus, cibi concoctionem melius absolvat. In latere sinistro diaphragma ferè tangit, nimis igitur repletus, motum diaphragmatis impedit, dyspnœamq; parit.

Propria ejus connectio est cum œsophago, & intestinis, per duo ejus orificia; cum cerebro per nervos; cum jecore & liene per venas; cum corde per arterias; & partibus omnibus naturalibus per membranam ejus communem.

Orificium superius quod stomachus dicitur, ad latus sinistrum tendit prope spinam, inferiori capacius est, ut cibos omnis generis melius recipiat. Sedes est appetitùs naturalis, & sensûs est exquisiti, quia duplici nervo stomachico coronatur. In nonnullis ob mærorem ita contractum est, ut nihil durum deglutire possint

O rificium inferius quod nuncupatur Pylorus ad latus dextrum inclinat sub cavitate hepatis. Superiori angustius, utraq; verò altitudine sunt æqualia, ne liquida & solida alimenta ante coctionem absolutam elaborentur. Hoc intra, circulum habet crassum instar musculi orbicularis, qui interdum est Schirrus, & aperit claditque impulsu naturæ, non voluntatis. Si laxus sit anhelitum fœtidum à vaporibus intestinorum fuxque cavitatis efficit. Præter hæc duo orificia in ventriculo, observatur fundus sive pars inferior, carnosior, quia ibi coquitur alimentum.

Instrumentum hoc chylificationis (si fuerit rite conformatum) Sphæricam figuram oblongam refert, & comparatur tibiæ utriculari, præcipuè quando cum duodeno & œsophago consideratur. Substantia nervosa et membranosa aptior in repletione ad extentionem & in vacuitate ad constrictionem. In Gulosis & Helluonibus per continuam repletionem tenuior

nuior, & ſic corruptioni inepta, fit: Hinc ventriculi imbecillitas.

Hæc ſunt vaſa, ſex venæ à Porta: ſcilicet, Gaſtrica dextra, Gaſtroepiploica dextra, Gaſtrica minor, Gaſtrica major, unde coronaria ſtomachica, Gaſtroepiploica ſiniſtra, & vas breve. Hæ omnes vehunt ſanguinem ad ventriculum nutriendum.

Arterias omnes venas comitantes (Gaſtricâ minori exceptâ) à caliaca accipit nervos item à ſexto paridueo ad orificium à recurrentibus, qui ea ſuperius obeunt, ac ſex ſolis nervis compoſitum eſſet. Hinc ſenſus exquiritur. A nervo ſiniſtro ramus ad Pylorum tranſit, ubi ſe diffuſus, ad cavitatem j coris excurrit. duo alii ſunt qui ad fundum repunt. Alii ab illis ſunt qui lieni inſeruntur.

In nonnullis meatus eſt à Veſica bilaria qui bilem in ventriculum tranſfert Hinc vomitiones illæ biliosæ.

Ultimus eſt cibum & potum recipere atq; in chylum convertere.

CAPUT XVIII.

De Hepate.

HEpar ſubſtantiâ ſibi propriâ conſtat & meritò inter partes principales annumeratur, quia cordis ſecunda poteſtas ejus invenitur. Sedes eſt animæ vegetativæ venarum ſcaturigo, ſanguinis, ſpirituſq; naturalis officina.

Situm eſt in hypocondrio dextro, ſub nothis coſtis, oppletq; amplitudine ſuâ totam illam cavitatem uſq; ad cartilaginem enſiformem. Aliqui ſub diaphragmate digiti tranſverſi diſtantiâ collocant, ne motum ejus impediat. Neſtitur verò ſuperius Septo tranſverſo, mucronatæq; pectoris cartilagini, per ligamentum validum ac membranoſum. Poſterius lumborum vertebris, peritonæi interventu, inferius abdomini per ligamentum umbilicale cohæret.

Pars ejus ſuperior plana eſt ut diaphragmati cedat, pars verò inferior cava eſt & inæquabilis, ut melius foveat ventriculum, locumque veſicæ

veſicæ bilariæ idoneum conſtituat.

Magnitudo jecoris in homine (quæ digitorum longitudine dignoſcitur) vaſta, figuraque propemodum rotunda. Subſtantia eſt inſtar ſanguinis concreti, rubra & mollis, membranâ tenui à peritonæo obducta, inter quam & parenchyma puſtulæ interdum oriuntur.

Inſtrumentum hoc ſanguificationis (quod Sedes amoris dicitur) fiſſurâ ſingulari venam umbilicalem emittit, quæ in adultis in ligamentum obduratur.

Pars maxima radicum venæ portæ (quæ nigro colore ſuo) in concavâ hepatis, ſed major pars radicum cavæ (quæ albedine ſuâ dignoſcitur) in convexâ, diſſeminatur, omnes verò per anaſtomoſim commiſcentur, quæ plantarum inſitioni quàm maximè repræſentat, quamvis aliquando cavæ radices extremitates ſuas in medio radicum portæ infigant, qua ſanguis è radicibus portæ in cavam excurrit, adeò ut hæ radices plexum venarum

mirabilem, ob abſolutam ſanguiſ
& confectionem & perfectionem, con
ſtituant. Inſignis etiam eſt anaſta
moſis, quæ utriſq; truncis eſt tanquam
communis tranſitus. Harum venarum
anaſtomoſes vel conjunctiones dili
gentiùs notandæ ſunt, quia per has
tranſit materia peccans, quando pur
gationibus habitum corporis evacu
amus.

Præterea notantur ſurculi meſa
choliJoci inter radices portæ diſperſi
atque Ramuli venarum lacteorum
qui juxta truncum portæ, cavam He
patis regionem ſubeunt. Paucæ etiam
arteriæ à cœliaco ramo dextro ven
comitantur. Denique duo nervuli
unum à ſtomachico, alterum à coſtali
per membranam ejus (non per ſub
ſtantiam) diſtribuuntur.

Totus ſuus ſanguinis elaboratur in
hepate, ſed unica pars cæteris imper
fectior, per venam portam partibus
nutritioni corporis ſervientibus di
ſtribuitur, pars altera venâ cavâ
tranſvecta, corde perficitur, ex qua
con

conficitur arteriosus, qui in omnes partes dispergitur, deinde in venas transmittitur, ut motu circulari ad cor redeat, & fluxu suo motum ejus perpetuum tueatur. Revera sanguis ex arteriosus non solùm circulatione generali per canales majores venæ cavæ & aortæ, sed etiam particulari, quæ fit à dextro cordis ventriculo per pulmones, ut sanguis ad sinistrum cordis ventriculum perveniat.

Usus hepatis est affusâ suâ substantiâ (quæ parenchyma dicitur) vasa separare, ne coalescant, ea sustinere & suffulcire, colorique etiam suo fovere. Duas habet actiones, unam communem chylum in sanguinem convertendi, alteram peculiarem, sibimet alimentum suppeditandi.

CAPUT XIX.

De Vesica Biliaria.

VEsica biliaria κύστις χολάδικος Græce dicta, est pars dissimilaris, ob-

oblonga, subrotunda, pyri figuram habens, & concava ad recipiendum bilosum sanguinis succum, eumque ad opportunum tempus evacuationis, retinendum

Situm habet in cava hepatis parte, cui firmè unitur ; latus dextrum ventriculi coliqi tangit, & sæpe per transudationem eis tincturam addit ; unde perpetuæ istæ ventriculi adustiones.

Substantia est membranea, ut dilatationi accaptetur. Duas habet tunicas, unam externam à peritonæo, quâ pars ejus superior mediaq; Hepati conjungitur, alteram internam quæ sibi propria, crassior est ac firmior, motus roborisq; gratiâ, omni fibrarum genere accommodata. Mucosâ etiam cruſta adversus contenti humoris acrimoniam defenditur, ita ut non amaresceret, nec bili violetur.

Meatus habet in jecore privatos, inter radices cavæ & portæ diffusos, ex quibus bilem attrahit. Canalis exiens Cystica dicta à collo transit, cum valvulis ad impediendum bilis reflexum, quæ

qux in poro Cholidocho deſinit, cujus arguſtiâ craſſiora veſiculæ excrementa calculos, aliquando rotundos, quandoque angulares, non nunquam mori colorem figuramq; mutantes, quamvis non admodum duros, ingenerant.

Porus Cholidochus Hepaticus dictus (quo craſſior bilis rectâ delabitur) veſicæ canali paulò amplior eſt, & ad duodeni extremum ieiunive initium inter duas iſtius inteſtini tunicas, inſeritur. Si porus hic magnitudine excedit, Cholericos effluxus doloreſq; magnos efficit: quibus, qui laborant, περιέχολοι κατω nuncupantur. Reperitur etiam aliquando meatus tertius ad fundum ventriculi (Pyloro paululum ſupereminens) in quem bilem effundit, quo laborantes, περιέχολοι ανω dicuntur, quia vomitione ſemper inquietantur.

Venas accipit à portâ, arterias exiles à cœliacâ dextrâ, ſingularem etiam nervulum à ſexti paris exili propagine, jecoris tunicam tranſeunte, vix conſpicuum.

Uſus

Usus est bilem recipere, retinere, & ab hepate expellere.

CAPUT XX.

De Trunco venæ Cavæ Descendente.

VEna Cava (cujus rami in Hepar disperguntur) amplissima est Corporis vena & omnium aliarum mater, quæ à portâ non proveniunt.

Truncus hic venæ cavæ ab osse sacro usque ad jugulum sine interruptione extenditur: Nihilominus (Doctrinæ gratia) in superiorem & inferiorem truncum dividitur.

Superior diaphragma penetrans sursumque ascendens ramos per plurimos in omnes partes superiores distribuit, de quo (Deo favente) postea loquemur.

Inferior seu descendens superiori angustior est, quia partes supernæ copiosiori sanguine indigent. Hic ex hepatis gibba seu convexa parte prodiens, deorsumque flectens, cum arteriis procurrit, & in ejus transitu quatuor venas ad utrumque latus sæpe emittit.

Prima Adiposa sinistra dicitur, quæ varios ramos glandulæ, & externæ renis tunicæ distribuit. Adiposa dextra à trunco ratiùs ab emulgente sæpiùs procedit.

Secunda est Emulgens sic dicta ab officio. Quia etiam reni inseritur, Renalis nuncupatur. Maxima est quæ à trunco provenit, densa ac brevis cum obliquo descensu, in exortu nunc gemina, nunc triplex, magnitudine pares. ad insertionem reni aliquando in quinque ramos divisitur, qui Anchoris in Cavitate renis affixis, comparantur. Emulgentes origine sua raro directè opponuntur; sinistra enim altior est dextra, eique ob ortum venæ spermaticæ, amplior. Usus earum est, serosam humiditatem à sanguine exugere atque attrahere eamque derivare, quâ partem sanguinis ipsius ad renes nutriendos, exportant, & ad humiditatum istarum r fluxum in Cavam, impediendum, natura valvulas locavit, sicuti in venis lienis reperitur.

Tertia Spermatica seu seminalis dicitur,

citur, cujus dextra à trunco cavæ, sinistra verò ab emulgente procedit.

Quarta Lumbaris est. Duæ autem tres sunt hujusmodi, quæ ab infima parte trunci prodeuntes, foramina nervorum inter quatuor lumborum vertebras ingrediuntur, & sic utriquè spinalis medullæ ad cerebrum ascendunt.

Cum Truncus pervenit ad fastigium ossis sacri, dividitur in duos canales, qui à situ, iliaci dicuntur. Ab his utrinque ad ipsam divisionem duæ venæ producuntur.

Prima dicitur Musculæ superior quæ musculos lumborum abdominis & peritonæum pertransit.

Secunda dicitur Sacra, quæ ad nutritionem medullæ ossis sacri excurrit.

Postea canalis iliacus utrinque in progressu in ramum interiorem & exteriorem descendit.

Ab interiori Musculæ mediæ procedit, quæ ad Musculos femoris, & partes proximas transit. Item Hypogastricæ

q

quæ ad recti musculos adit, & Hemorrhoidales externas constituit, & Altera hujus rami pars ad vesicam & penem repit, etiamque ad collum uteri.

Ab exteriori, primo Epigastrica provenit, quæ peritonæum ac musculos abdominis aggreditur, & subter recto eum mammaria conjungitur. Secundo Pudenda quæ os pubis ad scrotum cutemq; penis transgreditur. In fœminis, ad locum modestiæ ac partes vicinas; & hâc sanguis ad mammas refluit. Tertio, Muscula inferior, quæ in Musculos & cutem coxendicis disseminatur. Postea ejus rami crurales nuncupantur.

CAPUT XXI.

De Trunco Aortæ Descendentis.

TRunci aortæ descendentis progressus ex quo omnes partes inferiores vitales spiritus à corde procedentes recipiunt) cavæ similitudinem præ se fert. Postquam enim cæliacam arteriam, mesentericam superiorem. mox emulgentem, Spermaticam, Mesentericam,

in-

inferiorem, Lumbares (ex quibus duæ arteriæ venas duas ad cerebrum comitantur) musculam item superiorem, & Sacram, produxit.

Dividitur in duos canales, quorum interior emittit musculam interiorem & Hypogastricam quæ æqualem venis, passum observat: Exterior Epigastricam atque pudendam, Quod superest ad crura descendit & arterias crurales constituit. Paucæ equidem venæ nisi immediatè subter cutem excurrentes, arteriis destituuntur.

Truncus Aortæ, lateri sinistro cavæ subjacens, ex membranâ venæ crassitiem sexies excedente conficitur, cum reliquis igitur minoribus arteriis ex dilatatione aneurisma non admittit. Venis etiam albior est atque vietior, nec sanguine tam abundat, ut motui se aptiorem præstet. Et hæc de Trunco Aortæ Cavam comitantis descendente sufficiant.

CAPUT

CAPUT XXII.

De Liene.

Lien ſive σπλὴν eſt pars infimi ventris organica, in hypochondrio ſiniſtro locata, rara, arterioſa, ac inſtar ſpongiæ laxa, ut ſuccos craſſos ex hepate melius excipiat.

Nectitur parte convexâ ſepto tranſverſo, coſtiſque nothis, & reni ſiniſtro. Concava autem, omento, ventriculo, & pancreati, mediantibus vaſis, communibuſque membranis coniungitur.

Quoad magnitudinem variat. Creſcit enim & minuitur ex abundantia, vel defectu humorum quibi colligunter. Neque perpetuò reperitur eiuſdem coloris. In fœtu enim rubens eſt ut hepar; in adultis obſcurus atque infuſcus, quia non ſubtili, ſed atro ſanguine nutritur. In Lienoſis verò varios colores induit: juxta humorem dominantem, Lividum, Cinereum, &c.

Tunicam accipit tenuem & ſimplicem, ex membranâ, momenti immediate exortam, quæ περιτόναιον ejus undique

que complectitur etiamq; tuetur, & in Senescentibus Cartilaginis instar, sæpe induratur. Figuram habet oblongam linguæ similem in brutis; sed in homine plantam pedis humani potius repræsentat.

Receptaculum hoc sanguinis fœculenti carnosam quidem habet substantiam, jecoris tamen parenchymate omnino laxiorem. Quod latum supra caput est. Cauda ejus, quæ infra existit, angusta. Interiore facie sinuosum est, ut ventriculo cedat, & concoctionem adjuvet. Gibbosum vero ad costas, quibus membraneis fibris connectitur.

Venas habet à ramo splenico venæ portæ, quæ capillorum tenuitatem æquant; hæ ad concavam splenis terminantur, ita ut nihilo magis, quam fibris crasso sanguine obductis, assimiletur. Nothum hoc jecur per ramum splenicum (qui cavitatem ejus penetrat) partem chymi crassiorem recipit, ut sanguinem conficiat partibus, quibus splenica ramos submministrat: quoniam verò pars aliqua succi tam cras-

eſt ut liene attenuari non poſſit, natura igitur duo vaſa receptionis conſtituit, unum ſupra, quod vas breve, alterum infra quod vena hæmorrhoidalis interna dicitur. At humor hic per arterias aliquando purgatus eſt, non ſolum ad inteſtina, ubi excrementa inficit, ſed etiam ad renes per emulgentes: Hinc in affectibus ſplenis urinæ ſæpe nigræ.

Arterias pariter obtinet eaſq; inſignes à ramo cæliaco ſiniſtro non tantum ad vitam, ſed etiam motu earum perpetuo bonum corporis lienis ſtatum conſervandum, ventilando, ſovendo, atq; calorem ejus naturalem ſucco ſæculento penè oppreſſum, reficiendo. Deniq; fruitur nervulis à ſexti paris ramo coſtali ſiniſtro, magis per tunicam quàm ſubſtantiam diſperſis.

Uſus ejus eſt, ut Receptaculum parti ſanguinis craſſiori ſit, conſectæ & ſegregatæ in hepate, ut ſanguis utrinq; depuratus, ad nutriendum corpus præſertim partes principales purior tranſeat.

CAPUT

CAPUT XXIII.

De Renibus.

RENES à Græcis νεφροὶ dicti, ſ
membra organica ad urinam
ſanguine ſecernendam dicata. Sitiſ
ſub jecore & liene, in cavo inter noth
coſtas & coxam, ubi ſpinæ lumbor
muſculis, inter duas peritonæi me
branas, ad latera cavæ & aortæ, i
cumbunt.

Dexter ob magnitudinem jecor
ſiniſtro inferior eſt, uterq; vero m
diante membrana externa diaphr
mati lumbiſq; annectitur. Ren dex
cæco Inteſtino, quandoq; etiam he
ti, ſiniſter colo, lieniq; conjūgit
Per emulgentia etiam vaſa cavæ &
ortæ, per ureteres veſicæ, per venas,
terias, ac nervos, hepati, cordi, &
rebro, renes connectuntur. Hinc p
ſionum illa diverſitas.

Effigie Phaſeolum vel Aſari oli
exprimunt; exterius curvi, inte
inæqualiter cavi, ut vaſa melius re
pian

ant. Eorum magnitudo seri evacu-
ti mensuræ respondet, quatuor vel
minq; digitis transversis, longitudo,
titudo tribus, crassitie, duobus æ-
quat, ex dextro sinister plerumq; mi-
or ac brevior reperitur.

Substantiam habent carnosam, den-
sam ac solidam ne assiduâ copiosioris
humidi accessione, laxiores, debilio-
resq; reddantur, ubi vero vasa emul-
gentia sese extendunt, magis laxa ac
inæqualis Videtur. Superficies externa
(instar hepatis) plana, at insanis
modum obscura, in ægrotis varie
colorata.

Præterea incumbit utrinq;, Corpus
glandulosum, quod aliqui glandulam
renalem, alii Renem succenturiatum,
atræ bilis capsulam volunt. Re-
pondantes hæ renum particulæ, tenui
accinguntur tunica, & omnis generis
vasis accommodantur. Venas & arte-
ras ab emulgente, rene, cava, (preser-
tim dextra, quæ ab ipso trunco, venam
breviorem, sed ampliorem sæpius reci-
pit) adiposa, aliquando ab omnibus

hisce

hiſce partibus obtinent, nervos etiam ab iiſdem qui renibus communicantur magnitudine aliquando inæquales, rarò tamen in ætate provecta vomicam grandiuſculam ſæpiſſimè præſentant. Longitudo digitis duobus, latitudo, unico menſuratur. Locantur ſub diaphragmate (cui aliquoties arctiſſimè adhærent) ſupra membranam adipoſam ita ut dextra cavæ conjungatur, ſiniſtra verò paulò ſub ventriculo conſpiciatur, quarum uſus non eſt plenè cognitus atræ vero bilis ab hepate & liene prodeuntis partem contrahere, vulgò creduntur, quæ coaguli inſtar ſeri à ſanguine ſeparationem promoveat; & nervorum plexuum diviſiones confirmare, qui (cum arteriis) ad renis tunicam & ſubſtantiam excurrunt.

Membranæ quibus circundantur renes duæ ſunt; externa, quæ (cum interna originem habet à peritonæo, externa vero (tanquam burſâ) eos involvit, unde renum faſcia nominatur. Hæc iis non arctiùs adhæret, ſed facilè ſeparatur, venam recipit adi-

ſam

lum, et aliquando ramum ab emul-
gente. Multâ adipe ex ſuperfluo val-
orem alimento confectâ perfunditur,
ux calorem rerum naturalem præ-
ervare, ſeri acrimoniam remittere, &
alvinaris inſtar eos relevare, inſer-
t. Interna vero ac propria mem-
rana pertenuis eſt, ſine pinguedine,
& in ſortius coaleſcit, ita ut carnem
eorum compactiorem reddat.

Caruncułas vero papillares dictas
enes obtinent. Conſtituuntur ex renis
ubſtantia, carne tamen duriores
inuſque, coloratæ, acutæ & glandulis
arvulis ſimillimæ ſunt. Ureterum ex-
remitates ſubeunt; & inſtar operculi
os ſuperinducunt, ex quibus tanquam
ubulis humor ſeroſus bile tinctus, in
avitatem communem (quæ Pelvis di-
itur) percolatur, & ſic per ureteres
eicæ tranſmittitur. Piſi magnitudi-
em referunt. Numero denæ haben-
ur, quarum varietas ad aquæ per-
olationem multum conducit. An-
uſta habent foramina, quâ urina
d ureteres purius & abſque ullâ ſan-

guinis

guinis mixturâ pertranseat. Magnis in Renibus duodecim carunculæ cum totidem tubulis observatæ sunt.

Interna equidem renis structura mirabilis est, ad quam melius spectandam in Cavâ artificiose secandus est, quâ quidem sectione substantia ureteris dilata se præbet aspectabilem, quæ format Pelvim, in quem, ex superiori parte tanquam à tecto, humor serosus per carunculas prædictas guttatim depluit.

Omne vasorum genus ad renes immittitur. Primò venæ quæ à cavâ procedunt, quarum una adiposa est, superiùs descripta, estque duplex; dextra, quæ rariùs à trunco, at ab emulgente, sinistra quæ à cavâ provenit; & hæ tunicam externam pinguedine tingunt. Multis potiuntur ramis, quorum unus ad capsulas atrabilarias tendit, quas ingressus consumitur.

Altera Emulgens est, utrinque una, ex trunco cavæ perampla, non ad copiosam nutrimenti suppeditationem; sed ob expeditum seri transitum; &

Rena

Renis cavo, interdum gemina, quandoque triplex inseritur. Rami hi breves sunt quorum sinister duplicem dextri longitudinem refert, & dextri insertio multoties altior videtur. In hisce emulgentibus quædam reperiuntur valvulæ, quæ seri in cavam refluxum impediant. Hic etiam ramus Azygi unicus, aliquando plurimi uniuntur, ut consensus inter renes & thoracem confirmetur.

Arterias habent renes à trunco Aortæ, quæ Emulgentes dicuntur. Feramentæ sunt, ut magnam seri portionem arteriis fluentem melius attrahant, & calorem iis indulgeant, qui seroso hoc excremento facile extingueretur. Hæc inter venam & uretere em collocantur, ut motu suo serosum in renes sanguinem intrudant, & seri jam colati descensum, accelerent.

Nervos accipiunt à ramo sexti paris stomachico, qui ad vertebrarum lumborum radices descendunt, & in propriam renum tunicam sese diffundunt; unde ventriculi renumq; consensus.

Paucæ etiam Nervorum propagines circa originem arteriarum meſenteri prodeunt, quarum pars una ad capſulas atrabilarias excurrit; Altera verò cum arteriis emulgentibus cavitatem renum ingreditur, & per ſubſtantiam ejusdem diſpergitur. Hinc ſenſus iſte exquiſitus.

Uſus renum eſt ſanguinem à majori humoris ſeroſi & bilioſi parte, depurgare, neceſſe enim eſt aliquam ejus portionem ſanguinem alimentarium, ad partes ſolidas, comitari, ut inſtar vehiculi inſerviat, ne aliter denſitate nimiâ obſtructas ſenderet.

CAPUT

CAPUT XXIV.

De Ureteribus.

Ureteres ſunt nervoſi canaliculi, ad urinam renibus ſegregatam recipiendam, & ad veſicam eam deducendam, deſtinati. Numerum frequenter obtinent binarium, utrinq; alterum, qui muſculis pſois incumbentes, & earum inclinantes, nonnihil oblique ſtar literæ *ſ*, inter duas peritonæi tunicas; cui annectuntur, deſcendunt, & in veſicæ conjunguntur. Aliquando duo, tres, vel plures rami ex rene procedunt, ante inſertionem tamen in unum coeunt. Egreſſus eorum eſt quidem peramplus & longæ inſtar veſicæ, apparet, quæ interdum calculis adimpletur.

Figuram habent teretem, palmum longam, ſtramen latam. In calculo ad magnitudinem tenuis inteſti extenduntur, in quod calculus deſcendit, & aliquoties recurrit.

In mulieribus lati sunt, recti & breves, unde dolore hominum minori calculos ejiciunt.

Eorum substantia est propriè alba, exsanguis, densa, & nervosa, quà firmiores evadunt.

Tunica eorum cum fibris obliquis vulgò traditur unica, in sectione verò fibræ apparent rectæ, & sic compactæ ac si unam propriam constituerent tunicam

Substantiæ vesicæ interiori adsimilant, cui continuantur, à quà (quamvis à renibus separabiles) nequeunt separari. Aliqui igitur à vesica originem volunt, cujus posticæ & infimæ Sedi non longè a collo affiguntur, ubi inter duas vesicæ tunicas ad unius digiti, ab alterutris verò ad digitorum duorum latitudinem, excurrunt, & sic insertione obliquà vesicæ cavitatem penetrant, quæ quidem insertio urinæ in renes refluxum impedit.

Venas & arterias exiles à vicinis partibus obtinent: Nervos verò minutos plexu nervorum sexti paris costalem

quemad

quemadmodum & a lumbis. Hinc ſenſus eorum exquiſitus, calculo, vel inſidente, vel tranſeunte.

Præterea connexis lumborum muſculis ſupra quos à renibus ad veſicam procurrunt, nihil impedit quin calculus per ureteres in veſicam dilabens, æqualem ſemori (ac in rene) ſtupefactionem creet.

Uſus eſt ſerum, tanquam per canales, ad veſicam tranſmittere, quod illic urina appellatur.

CAPUT XXV.

De Veſica Urinaria.

VEſica Urinaria eſt pars infimi ventris organica quæ ſuſceptum à renibus ſerum conſervat, & tandem vel onere vel acrimoniâ molеſtum expellit. In hypogaſtrio locatur, ubi inter duas peritonæi tunicas fluctuat eâ in cavitate quæ ab oſſibus ſacri, coxarum & pubis perficitur.

Pars ejus ſuperior, fundus, per Ura-

cum duasq; arterias umbilicalem umbilico connectitur, ne in progressu cervici incumbat & excretionem impediat. Pars inferior, cervix, in viris intestino recto, glandulisq; prostatis; in fœminis, vaginæ uteri & ossibus pubis, alligatur.

Figura oblonga est & pyri instar nonnihil rotundæ. Unicam habet cavitatem, in quâ urinæ, arenulæ, & calculi, multoties continentur. Cavitas hæc decrescens, in cervice angustiâ definit, quæ sphincktere, & constringente & occludente armatur, nè urina involuntariè excernatur.

Substantia est partim carnosa præsertim in cervice, & partim membranea, ob firmitudinem, aptam extensionem (quâ urina retinetur donec idoneis temporibus evacuetur) & ad sequentem corrugationem. Maxima in extensione vesica nullam præbet urinam, quia fibras suas contrahere non potest.

Triplicem habet membranam, unam communem, duasq; propias, exter-

nam

sam à peritonæo validam ac densam circa quam externè pinguedo abundat. Tunicæ duæ propriæ conjunctæ, si coarctentur, densiores, si autem distendentur, tenuiores evadunt, Harum interior pellucida est, alba, tenuis, nervosa, sensus exquisiti, ad fundum lubrica, & lævis, humoreq; mucoso obducta.

Fibris omne genus arctè intertexitur, rectis, obliquis, & transversis, quæ attractioni, retentioni, expulsioniq; inserviunt. Tunica hæc (quæ si parùm sufflata, facilè separabilis) ad fundum, rugis plena, ac mucosa est, ne ex acrimonia urinæ lædatur, media densior est, & fibris carnosis (non rubris, ut musculorum, sed nonnihil albis, ut ventriculi & intestinorum) aspergitur.

Tria habet foramina, duo juxta cervicem, quâ intrant ureteres, tertium in cervice, quod os pubis, & substantiam penis subeunt, communem istum canalem, constituit.

In viris venas & arterias ab hy-

postatricis obtinet, in fœminis verò vasis ad uteri collum advenientibus. Nervorum unum à sexto pari, alterum a spinalis medullâ accipit.

Usus est urinam accipere, quæ gradatim à renibus percolatur, & ab ureteribus devehatur, etiamq; per constrictionem meatus ad opportunum excretionis tempus, eam retinere. Et hæc de partibus nutritivis, proximè sequuntur generativæ.

CAPUT XXVI.

De Vasis semen præparantibus.

VAsa præparantia à Galeno σπερματικὰ dicta, sunt venæ duæ, totidemq; arteriæ. Venarum dextra oritur à trunco cavæ ad partem anteriorem paulò infra emulgentis insertum, ut puriorem sanguinem & magis concoctum præbeat, Sinistra, cavæ ramum aliquando conjunctum habens, ab inferiori emulgentis sinistræ parte exoritur, ideoq; sanguis ab ea devectus, eo

ſpermaticæ dextræ magis ſeroſus eſt.

Arteriæ venis ampliores, ex aortæ medio cum puriori ſanguine, ac ſpiritu oriuntur. Spermatica dextra truncum cavæ ſupergrediens curſu obliquo ad venam tranſit ſeminariam. Sinistra venam lateris ſui arctiſſimè comitatur, cujus defectum vena ſiniſtra duplici compenſat magnitudine. Arteriæ utræq; rarò deficiunt. Tunc enim ſequitur ſterilitas, quia ſpiritus vitales non effluunt.

Vena dextra cum arteriâ, & ſiniſtra cum ſuâ paulatim diviſâ, peritonæo incumbunt, & deſcendentes, annectuntur fibroſis ligamentis, & ſupra ureterem obliquè obductæ, multiplici ſuo plexu ad introitum productionis, corpus pyramidale dictum efformant, quoniam ex anguſto principio in latiorem veluti baſin ſe explicat. Quo facto, duas formant inſertiones (hordei grano diſtantes) in albugineam, & ſic orificiis rarüs in teſtis ſubſtantiam ubi deſinunt.

Præterea obſervatum eſt, quod vena

spermatica sanguinem usque ad albugineam devehit, sed ab arteriâ in medio productionis incipit albescere: ita ut arteriæ semini materiam, & venæ testibus tunicisq; nutrimentum, quibus dispersuntur, administrare videantur.

Vasa hæc generationis præparantia in fœminis breviora sunt, Eorum autem brevitas multiplicibus compensatur flexibus ad meliorem seminis concoctionem. Nec ad testes (ut in viris) totaliter adeunt, at in mediâ viâ dividuntur, ita ut pars una ad testes, altera ad uteri fundum transeat.

CAPUT

CAPUT XXVII.

De Epididymidibus.

EPididymides ſunt corpora glandulosa, exigua & albicantia, à pyramidalibus per continuationem exorta, communique vaſorum ſpermaticorum tunicâ obvoluta.

Siti ſunt extra abdomen in ſcroto ſupra teſtes, quibus naturâ uſuque aſſimilantur. Eorum capiti & fundo alligantur, at in medio disjunguntur, ita ut extremitas una Præparantia vaſa recipiat, (non autem in capite teſtis ut Aliqui volunt, illorum enim inſertio in corpore ejus appareat) altera verò emittat.

Exuberantia hæc in libidinoſis teſtium referunt magnitudinem. Superficies membranea eſt atque nervoſa, intus verò ſpongioſa, ac ſi multis parvulis conſisterent glandulis.

Uſus eorum eſt ſanguini in vaſis præparantibus, & pyramidalium cr-

preolis

preolis, nonnihil alteranti, seminis rudimentum exhibere, & ad testes supremæ perfectionis causa transferre.

Epididymidibus conjuncti sunt parastatæ variciformes, corpora nervosa, duriuscula, varicum, instar ad meliorem seminis elaborationem inflexa. Ab his quicquid vasorum in abdomen subvehitur, & ad vesicam reflectitur, deferentium nomen agnoscit.

Circa mulierum testiculos nec Epididymides nec parastatæ variciformes inveniuntur; quia semen muliebre digestione tam exquisita non indiget.

CAPUT

CAPUT XXVIII.

De Teſtibus.

TEſtes ſeu Teſticuli ſunt corpora mollia, alba ac glanduloſa, ad penis radicem ſita, ſeminis & receptioni & perfectioni, per virtutem ſubſtantiæ, ſibi communicabilem, deſtinata.

Figurâ propemodum ovales ſunt tam ſecuritatis, tum etiam capacitatis gratiâ. Eorum magnitudo ab aliquibus ovi columbini vel Gallinulæ molis comparatur; Maximi pejores ſunt, utpotè cerebrum infirmum indicantes, Luniores colorem debilem, necnon aliqualem morbum arguunt.

Pendent in viris extra abdomen, ut ad Venerem minori ferantur impetu, & ductus longitudine materia ſeminalis melius perficiatur, cui teſtes ſecundinam aſpirant. Quomodo corpus calefaciunt in caſtratis apparet, quorum ætatis, habitus, & mores (ob longum ſuperiorum partium præſertim

sertim cordis consensum, cùm hisce generativis) omnino alterantur. Eorum verò calor respectu dextri lateris vel sinistri non est disputandus, cùm arteriæ utræq; semen deferentes ab Aortâ procedant.

Quamvis parenchyma testium ob specificam proprietatem sit causa seminis efficiens, nihilominus semen non perficitur in ullâ cavitate, sed in vasis parvulis illic compactis, pertenuique tunicâ obvolutis.

Membranæ quinque testes involvunt, duæ communes, tres propriæ. Prima communis membrana κρεμαστὴρ vel scrotum appellata, mollis est, ac rugosa, adipeq; destituta, quia nihil oleosi è testium alimento restat; è cuticulâ & cute formatur, lineâq; intermedia tanquam suturâ dividitur. Secunda Dartos dicta, valdè tenuis est, quamvis à pannicula carnosa producta; Cutis hæc arctè connectitur, & cum ea corrugatur.

Prima membrana propria dicitur Elytroides, id est, vaginalis à peritonæo

pro-

productione exorta. Secunda (carnoſis fibris donata) Erythroides rubra vocatur. Ultima albuginea eſt, craſſa & valida, quæ ex tunica vaſorum ſpermaticorum orta, teſtis ſubſtantiam immediatè involvit, ad meliorem mollis ſuæ, laxæq; medullæ obfirmationem, quæ Cerebri inſtar cum gyris apparet.

Teſtes præterea muſculos ſuſcipiunt exiles (utriuſq; ſcilicet unum) qui ab officio Cremaſteres, ſive *Suſpenſores* dicuntur. Ex obliquis proveniunt aſcendentibus, & ſic intra vaſa, ad caput teſtium decurrunt. Hiſce in muſculis pendent teſtes, ne vaſa ſpermatica onerarent. Et in coitu eos ſurſum trahunt, quo ex canali ſeminaria contracta, ſemen citiùs ac facilius effluat.

Venas & arterias obtinent exiles à ſpermaticis, in eos elegantiſſimè diſperſas: Nervulos à ramo ſexti paris interno, & à viceſimo primo pari ſpinalis medullæ.

Uſus eſt virtute ſua innata, formam, colorem, vim, & calorem ſemi-

nal

ni prolificam communicare, quod spiritu sufficienter impregnatum generativo, in vasa deferentia transmittunt quæ postea ad vesiculas seminarias illud deportant.

Prima hæc generationis instrumenta (ob excellentiam, cordi similia) in fœminis unicam tantummodo habent membranam sese obtegentem, quæ pro secreto & securo loco contenta, pluribus non indigeant. Minora etiam, quam in viris, sunt etsi humiditatis spermaticæ pleniora; nec eorum substantia adeo compacta sit, cùm semen imperfectius ingenerare, ordinentur.

CAPUT XXIX.

De Vasis semen deferentibus.

A Parastatis proveniunt vasa deferentia, sic dicta, quia semen à testibus corporibusq; varicosis ad vesiculas seminarias & prostatas deferunt.

Eorum substantia nervosa est, alba ac solida. Figuram habent teretem & longam: Cavitatem obscuram (ut in

à Gonorrhœâ diu laborantibus) cum ſemen ratione ſpirituum facilè pertranſeat.

Situs eorum eſt partim extra abdomen, & partim intra. Nam ſurſum ſemuntur per productiones peritonæi ſupra os pubis (ſed in tranſitu ſuo vaſis rectuntur præparantibus) unde deorſum reflexa, deſerunt præparantia, ut ſuper ureteres, & ſub parte poſteriori veſicæ ad collum ejus itinerentur, ubi ſtringi; dilata veſiculas ſeminarias efficiunt. Poſtquam hæ cellulæ formantur, vaſa hæc ſimul occurrunt, conſtituuntq; iſta ſeminis receptacula quæ dicuntur Proſtatæ, in quos conſumuntur.

Reverâ (ſecundum Anatomicos) Triplex materia ſeminalis eſt, una puriſſima, quæ generatur & conſervatur in teſticulis: Altera ſuperflua & excrementitia, utilis tamen ad formationem fœtus, quæ à teſtibus ad veſiculas ſeminarias truditur, ubi ad opportunum ejectionis tempus ſervatur. Tertia materia (quæ

ab

ab aliquibus à Prostatis, aliis verò à vesiculis putatur effluere) oleaginosa est, quæ sensim extillando urethram humectat, nè urinâ vel semine lædatur.

Usus deferentium est, semen deportare, quod elaboratur in parastatis, & perficitur in testiculis, ad prostatas; ubi vas dextrum sinistro conjungitur, ut semen utriusq; testis simul deferatur, & sic in uterum per genitale membrum ejiciatur. Meatus hi seminales etsi in fœminis breviores, magis verò rugosi & flexibus pleniores inveniuntur.

CAPUT

CAPUT XXX.

De Proſtatis.

POſt vaſa deferentia ſequuntur ejaculatoria ſeu Proſtatæ glandulosi. Corpora ſunt duo carnoſa firmiter ualta, membranâq; denſâ ac validâ ſuccincta, ne raritate ſemen elabatur. Tunica hæc poris impletur obſcuris, qui compreſſi apparent; iis enim materia ſeminalis granorum inſtar extruditur (ſicuti Hydrargyrum per corium in eo deligatum atq; compreſſum tranſire vidimus.) Hinc etiam in coitu magna ſequitur voluptas, quia ſenſus membranæ exquiſitus leni dulciq; tranſeuntis ſeminis acrimoniâ titillatur.

Hæ Glandulæ (in fœminis ob tenuitatem ſeminis non adeò conſpicuæ) ad collum veſicæ locantur, peniſq; radicem, ubi deferentia unita ductum communem conſtituunt.

Subſtantia eorum ſpongioſa eſt, nihilominus tamen durluſcula, &

cæteris

cæteris glandulis albidior. Ampliores etiam hæ sunt (quandoq; juglandis instar formâ & magnitudine) quia seminis actus procreationi multiplicis sufficiente imbuuntur.

In Prostatis Sedes est Gonorrhœæ virulentæ: quâ intempestivè suppressâ, virulentia toti corpori communicatur, vel ad testes refluit, ibiq; tumorem efficit.

Usus eorum est semen recipere, & ad coitus futuros retinere, eiq; perfectionem ultimam conferre, quoniam in his crassius albidiusq; apparet. Ea jam semen ob copiam vel qualitatem molestans, In urethram seu canalem virilis membri communem, ejiciunt.

CAPUT

CAPUT XXXI.

De Penè.

PEnis ſic dictus à pendendo, eſt pars organica, prælonga omnimodèq; (niũ in Glande) fiſtuloſa, Semen in Cavitatem uteri intimam projicere ordinata.

Conſtat communiter cute, & membranâ carnoſa; nullâ tamen interſitâ pinguedine, nè membri motus retardetur; & ſenſus voluptatis in coitu obtundatur.

Propriè verò conſtruitur è duobus corporibus nervoſis, urethrâ & glande.

Duo Corpora nervoſa, utrinq; unum, maximam penis partem conſtituunt. Subſtantia eorum eſt duplex, prima exterior, quæ denſa, dura & nervoſa; altera interior ſungoſa, nigricans & atro ſanguine reſperſa, ut in coitu ſe extendere & flaccescere poſſit; venas & arterias perplurimas obtinet, ut calore & ſpiritu repleatur. Hæc corpora infra in perinæo disjuncta, ex Interioribus oſſium coxendicis partibus oriuntur, tanquam

tanquam à ſtabili fundamento, & in progreſſu ſuo urethram habent interjectam: Ad os pubis conjuncta, corpus pendulum conſtituunt glande terminatum.

Præ dicta etiam corpora moventur duobus muſculis, quorum uſus eſt erigere, flectere, & ſuſtinere in congreſſu; valde breves ſunt at craſſi & robuſti à nervoſo coxendicis principio deducti.

Urethra (quæ Anatomicis quibuſdam eſt ſubſtantia veſicæ ad extremitatem penis extenſa) duabus componitur membranis: quarum interna tenuior, ſenſuſq; exquiſiti. Externa denſior eſt, fibriſque tranſverſis, motus, roboriſque gratia, inſtructa. In hujus canalis principio, caruncula inſtar valvulæ ſe offert carnoſa, quæ vel à Cathetere diſrupta, vel acrioris fluxu humoris eroſa, incurabilem producit Gonorrhæam.

Urethra duos obtinet muſculos, longiores quidem ſed graciliores, à ſphincktere inteſtini recti exortos, quorum uſus eſt inferiorem canalis

in partem dilatare in miſtione & co-
ire, & proſtatas comprimere. Ad la-
tera feruntur urinarii ductus, & ſic in
medio inſertionem faciunt.

Summitas penis dicitur Glans, quæ ſubſtantiam habet carnoſam, mol-
lem ac ſpongioſam, undique mem-
branâ tenui obvolutam. Ad Glandis
radicem ubi cum nervoſis corporibus
jungitur, Cavernula apparet, in quâ
aliquando humor erodens collectus
magnum (ut in gonorrhœâ virulentâ)
facit dolorem. Aliud etiam habet in-
tegumentum è cutis duplicaturâ con-
ſectum, quod vocatur Præputium à
putando (à Judæis enim & Mahome-
tanis religionis cauſâ reſecatur, unde
Apellæ & recutiti audiunt. Hi igitur
tantam fœminis in congreſſu volupta-
tem præbere non poſſunt, nam in coitu
ſurſum & deorſum movetur præputiũ,
ut hac in attritione majorem calorem
acquirat, & voluptatem fœmineam ad-
augeat, ideoq; mulieres ſocietate Chri-
ſtianorum carnali magis delectantur)
& alligatur glandi per vinculum, quod

Frænu-

Frænulum appellant: Extenditur inferiori parte usq; ad glandis orificium in juvenibus, qui cum arcta virgine Venerem non exercuerunt.

Vasa insignia peni communicantur venæ & arteriæ ab hypogastricis & pudendis; quarum hæ cuti externi, illæ corporibus nervosis distribuuntur. Nervi quos recipit (tam externi & cutanei, quam interni,) à medulla ossis sacri proveniunt.

Finis Sectionis Primæ.

in-
um
ine

tur
&
ni
ur-
i &
of-